

Band VIII., Nr. 3025, Seite 260-261

Der Edle Ulrich von Güttingen, Landvogt in Oberschwaben, entscheidet einen Prozess des Biberacher Bürgers Liutram Hupman und der Vögte von Summerau um einen Hof in Luditsweiler.

Ravensburg, 1281. Februar 17.

Ūlricus nobilis de Guttingen superioris Suevie prefectus a . . rege Romanorum constitutus omnibus presentes litteras inspecturis salutem et notitiam subscriptorum. Noverint universi et singuli, quos nosse fuerit opportunum, quod Liutramus dictus Hūpman civis in Biberach iudiciali sententia sapientum coram nobis obtinuit curiam sitam in Liuthardeswiler apud Reinolzwiler sitam, quam idem Liutramus dinoscitur apud fratrem Liudwicum domus Theotunice comparasse nomine et sub forma proprie possessionis, licet Hainricus advocatus dictus de Sumerowe et fratres eiusdem Hainrici et ipsius patruales Liutrammum sepredictum civem in Biberach traxerint in causam super eadem curia, quod ipsis deberet pertinere. Nos vero considerantes partis utriusque veritatem et earundem rationes per earum patronos coram nobis propositas curiam, super qua lis movebatur, Liutrammo prelibato duximus adiudicandam sententia diffinitiva mittentes eundem et ponentes in dicte possessionis commodam et quietam possessionem nomineque proprietatis possidendam. Huius sunt testes: Marquardus et Ūlricus fratres dicti de Schellenberc milites, C[onradus] dictus Moizo minister in Memmingen, minister de Ravenspurc dictus Gerster, H[einricus] minister de Phullendorf, Al[bertus] minister de Uberlingen, H. Manstok, C. de Waltsteten, Holbain et frater suus de Ravenspurc, Hainricus Hūp[man] et Richardus de Biberach cives, frater Lud[wicus] supradictus et alii quam plures.

 Datum in Ravenspurc, feria secunda post Valentini, quando generali placito presedimus, et actum eadem die que XIII. kalendas Martii, anno domini MCCLXXX primo, indictione VIII.

—

Der Textabdruck folgt dem Original.

 Abhängend stark beschädigtes rundes Siegel, c. 50 mm., im Schild eine fünfblättrige Rose mit Stiel, das Siegelfeld mit Epheuranken verziert; Umschrift: + . S . V DE . GVTTIGEN.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

Gesamtarchiv der Fürsten zu Waldburg-Wolfegg, Schloss Wolfegg

Signatur/Titel des Originals:

WoBai U 85

Regesten:

Diözesanarchiv Schwaben, 7 (1890), S. 89, Nr. 85.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Ravensburg

Ortsindex:

Biberach an der Riß Wohnplatz (17113)
 Biberach an der Riß, BC
 Göttingen Wohnplatz (14554)
 Göttingen, Radolfzell am Bodensee, KN
 Luditsweiler Wohnplatz (21314)
 Luditsweiler, Bad Saulgau, SIG
 Memmingen, MN
 Oberschwaben
 Pfullendorf Wohnplatz (21259)
 Pfullendorf, SIG
 Ravensburg Wohnplatz (20120)
 Ravensburg, RV
 Renhardsweiler Wohnplatz (21320)
 Renhardsweiler, Bad Saulgau, SIG
 Schellenberg, Liechtenstein
 Summerau Wohnplatz (18136)
 Summerau, Neukirch, FN
 Ödenwaldstetten Wohnplatz (16057)
 Ödenwaldstetten, Hohenstein, RT
 Überlingen Wohnplatz (18447)
 Überlingen, FN